

HERMANNVS ARCHIEPISCOVVS COLONIENSIS.



**H**ermannus natus est ex illustri Vuedensium  
comitum familia apud Belgas 1472. Is à tene-  
ris annis literis operam dedit, & in ijs feliciter uersa  
tus à Coloniensi collegio canonicus receptus fuit.  
Ibi cum modestè uiueret, & multis uirtutibus orna-  
tus esset, anno 1510 eius ecclesiæ Archiepiscopus &  
Imperiij elector cõstitutus fuit. Pari ratione Pader-  
bornensis ecclesię administratio ei commissa. In ijs  
locis Hermãnus omnia optimè disposuit, atq; suis  
uirtutibus alijs exemplo fuit. Vnde postea cū Ma-  
ximilianus 1519 esset mortuus, ipse in Carolum eius  
nepotem inclinans, eum cum reliquis Septemuiris  
Cæsarem elegit. Sequenti quoq; anno Aquisgrani

eius coronationi in Octob. interfuit, atq; ense euaginato tradito ei Rempub.  
commendauit. deinde annulum digito inseruit, pallium regale induit, sceptrũ  
& pomum (quo orbis Imperium denotatur) obtulit. Cum autem Lutherum